



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

288. Repetitio de Iuda, ex Actis Apostolorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

tere in carbonem, quia pretium sanguinis est. *Matth. 27. v. 6.*

II. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Hacedama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. *Matth. 27. v. 7. & 8.*

III. Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. *Matth. 27. v. 9. 10.*

MEDITATIO CCLXXXVIII.

Repetitio de Iuda, ex Actis Apostolorum.

I. IN diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit deus eorum, qui comprehenderunt IESUM: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij hujus. *S. Luc. Actor. c. 1. Vers. 16. 17.*

II. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medullis: & diffusa sunt omnia viscera ejus. Et

notum
rusale
eorum
Vers. 1
III.
Fiat co
qui in
cipiat
M E
A
I. A
introi
naren
ergo l
accusa
hunc
II.
effec
eum.
vos,
eum.
licet
impl
Gen
notum

notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille, linguâ eorum Haceldama, hoc est, ager sanguinis.

Vers. 18. & 19.

III. Scriptum est enim in libro Psalmorū: Fiat commutatio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat alter. Vers. 20.

MEDITATIO CCLXXXIX.

Accusatur Dominus coram Pilato de tribus.

I. **A**dducunt IESUM à Caipha in prætorium. Erat autem manè, & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Ioan. 18. v. 28. 29.

II. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Vt sermo IESU impleretur, quem dixit, (NB. Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum,

M 3

&